

GRADA

REGESTI ISPRAVA 16. STOLJEĆA IZ ARHIVA HRVATSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI

Osmi dio: Isprave iz razdoblja 1560.-1562.

**Regeste sastavili Antun Mayer i suradnici, za tisak
priredila Maja Katušić**

Maja Katušić
Hrvatski institut za povijest
Zagreb

UDK 94(497.5)“15”(093)
930.253:930.22
Stručni rad
Primljeno: 18.6.2014.
Prihvaćeno: 12.11.2014.

Rad je nastavak objavljivanja regesta isprava koje se čuvaju u Arhivu Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti točnije u zbirci isprava Diplomata. Objavljivanje regesta započela je grupa djelatnika i vanjskih suradnika tadašnjeg Historijskog instituta Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti (danas: Odsjek za povijesne znanosti Zavoda za povijesne i društvene znanosti HAZU) te su u nastavcima u Zborniku (sv. 2-5) objavljene srednjovjekovne isprave iz te zbirke. Godine 2007. rad na objavljivanju regesta ponovno je nastavljen te je u Zborniku (sv. 25) objavljen prvi nastavak niza, u kojem se objavljuju regesta isprava od 1527. g. do kraja 16. stoljeća. Ovo je osmi nastavak u kojemu su objavljene isprave iz razdoblja 1560.-1562. godine.

Ključne riječi: rani novi vijek, hrvatska povijest, povijesni izvori, isprave, Arhiv Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti

Signature arhivskih skupina

D – Documenta
DV – Documenta Dalmatico – Veneta / Documenta Veneta
Frg (D – CIIL) – Acta fragmentaria / Regesta fragmentorum

Opće kratice

Cop. legal. – copia legalis, ovjereni prijepis
Copia simpl. – copia simplex, neovjereni prijepis
Italice consc. – italice conscriptum
Latine c. – latine conscriptum
Orig. pap. – originale papireum, original na papiru
Orig. perg. – originale in pergamina
Perg. – pergamina

REGESTI ISPRAVA

1243. *Viennae*, 2. I. 1560. (D – XXXV – 1)

Ferdinandus rex Thomae, Gregorio et Stephano Mykulych de Brokwnyowcz, de se bene meritis possessiones in Brokwnyowcz, et 2 sessiones iobagionales in Dobrowcz, unam in Beleslawcz et Nezpessa ac Glawnicza Sanctae Trinitatis, 2 populosas et 2 desertas in Berizlawaglawnycza, vineas Kelthowschak et Wyntheryewcz ac promonthorium Predanth, 2 fenilia in Blaskowcz, in districtu Marocha, et totale ius regium titulo novae donationis confert. Copia. [Juričan]

1244. *Viennae*, 2. I. 1560. (D – CXCVII – 215)

Rex Ferdinandus Thomae, Gregorio, Stephano Mykulych de Brokunyowcz de rege et regno bone meritis integras portiones in possessione Brokunyowcz, sessiones iobagionales in possessionibus Dobrowcz, Beloslawcz, Nesspessa, Blaskowcz, omnes in districtu de Marocha et comitatu Zagrabiensi sitas, quas dicti possidebant, sed litteralia instrumenta amiserant, de novo donavit. Orig. [Gorski]

1245. *Viennae*, 5. I. 1560. (D – XXXV – 2)

Ferdinandus rex Gaspari Zegedy, Andreae Dacho, militibus arcis Gyulensis, ac Nicolao Zolomy, notario cancellariae regiae, de se bene meritis portiones possessionarias in Nagy- et Kisgyla, quae prius Stephani Gyalay fuerunt (qui propter professionem religionis Mahometanae in notam infidentatis incidit), dein portiones possessionis in Dombegyhad et Krwppa (comitatus Csana-diensis), quae prius Petri litterati de Zenthpeter fuerunt (qui autem sine heredibus mortuus est), quorum bona ad regem devoluta sunt, una cum iure regio confert. Orig. [Juričan]

1246. *Crisii*, 19. I. 1560. (D – XXXV – 3)

Ambrosius litteratus de Gregoryancz, vicebanus, comes et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur, ex inquisitione ad rogatum Acacii Breztowechky de Breztowcz, qui Georgium Bogachoczy eiusque filios Wolfgangum et Ioannem B. de Emryhowcz ac Petrum Pynczy de furti 4 alvearum plenorum melle et apum Michaeli Iwhaz, iobagioni exponentis in possessione Minori Othok seu Obresky Konecz, 14. I. 1560. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

1247. *Viennae*, 31. I. 1560. (D – XXXV – 4)

Ferdinandus rex Benedicto Bornemisza, capitaneo Gyulensi, praecipit, ut portionem possessionis Bassaragh a se propter mortem et defectum seminis Ioannis Iaxych Andreae Gall collatam, et in cuius dominium iam introductus est, Andreae tradat. Orig. [Juričan]

1248. *Zagrabiae*, post 2. II. 1560. (D – CIIL – 37)

Capitulum Zagrabiense litterarum bani Petri Erdewdy datarum 2. II. 1560. iussu in causa Ioannis et Michaelis Wokozlawych contra Christophorum et Ladislaum Castellannfy de Zenthlelek de violenta ablatione quarundam rerum apud eorum patre depositarum accusatos, inquisitionem facit. [nepotpisan]

1249. *Jadrae*, 4. II. 1560. (DV – II – 109)

Aloysius Corner comes et Andreas Vincentius Quirini capitaneus Jadrae, Patino de Patinis Simone Brittanico Hieronymo de Lorenzi Iacobo de Zappich nomine populi intervenientibus,

constituunt, ut convenienter decreto capitum consilii X (26. V. 1505.) is, qui partes intervenientium suscipit, nuntius capituli scholae sancti Iacobi, necnon populi Jadrae, nuncupari debeat. Italice consc. Cop. pap. [Marušić]

1250. Sine loco, 20. II. 1560. (D – CIIL – 31)

Relatio cuiusdam capituli de introductione Francisci et Vincencii Gregoroczy in bonis quibusdam, cui Wolfgangus Dwdych eiusque sorores Potenciana et Veronica contradixerunt. Fragm. [nepotpisan]

1251. Warasdini, 21. II. 1560. (D – XXXV – 5)

Christopher Ungnod, comes comitatus Warasдиниensis, in causa Francisci Gregoroczy contra Wolfgangum Dwdych de usurpatione fenilis cuiusdam reum, postquam Janko Dwdych iuramentum non praestitit, quod unus coniurator ignobilis fuit, ut e litteris Pauli de Rathka vicecomitis Warasdini datis 10. VII. 1555. apparet, et idem comes litteris Warasdini 28. IV. 1558. datis sententiam tulit pro actore, nunc praecipit, ut reus fenile actori restituat. Orig. [Mayer]

1252. Zagrabiae, 21. II. 1560. (D – XXXV – 6)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, ad petitionem Ioannis et Michaelis de Bedennycza, Wolfgangi filiorum, Ioannis Wokozlawych de eadem Bedennycza nepotum, qui Catherinam Wynnychka de Vynnychno, socrum Wolfgangi, aviam suam, eiusque maritum Petrum Despoth de litteris quibusdam donationalibus metalibusque ac privilegiis, quae bona eorum in possessione Bedennycza tangunt, Christina, eorum matre, mortua, apud se retentis atque postea Petro, Christophoro et Ladislao Castellannfy de Zenthlelek traditis accusaverunt, capitulo Zagradiensi 22. I. 1560. praecipit, ut reos in ius banale evocet rationem iniustae retentionis reddituros, de qua evocatione 16. II. in castro Bykzad facta idem banum certiolem facit. Orig. [Šavor]

1253. Posonii, 21. II. 1560. (D – XXXV – 7)

Ferdinandus rex bano Petro Erdewdy de Monyorokerek praecipit ut causam propter contradictionem Elenae, viduae Wolfgangi Wokozlawych eiusque filii Michaelis contra introductionem Christophori Kastellanffy eiusque fratrum in dominium bonorum Wynychno, quod prius Annae de Wynychno fuit, et Wyhel (comitatus Crisiensis) et Bedennycza (comitatus Zagradiensis), eis a rege titulo novae donationis collatorum ortam in iudicio tractet. Orig. [Juričan]

1254. Zagrabiae, 21. II. 1560. (D – XXXIV – 75)

Capitulum Zagradiense litteris Thomae de Nadasd, palatini et locumtenentis regii, in Sarwar 22. XII. 1559. datis, iussum, testatur Ioannem Pwhakoczy de Pwhakowcz, Simonem Myrkoczy de Myrkowcz et consanguineos eorum bonis Pwhakowcz, Myrkowcz, Czyglenycza et Pwsthodol (comitatus Warasдиниensis) et iure regio titulo novae donationis donatos, 6. I. 1560. nemine contradicente introductos esse. Orig. [Juričan]

1255. Zagrabiae, 3. III. 1560. (D – XXXV – 8)

Capitulum Zagradiense bano Petro Erdewdy de Monyorokerek nuntiat, cum Franciscum et Vincentium de Gregorowcz, capitaneos in Iaurino, in dominium portionis possessionis

Borychewcz, quam per mortem et defectum seminis Stephani Skertha ad regem devoluta, Thomas de Nadasd, palatinus et locumtenens regis, litteris in Lewka 31. VII. 1559. datis eis contulit, ad iussum ibidem contentum 13. et 15. II. 1559. introducere voluerit, ei introductio-
ni "noctis in crepusculo hora ferme III, cum iam se ad quietam conferre voluerint", Wolffgan-
gum Dwtych contradixisse, quare eum in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

1256. Zagrabiae, 4. III. 1560. (D – XXXV – 9)

Litterae capituli Zagrabien-
sis de unione, quam Georgius Polychanin de Polycze cum Ioanne
Pewkry de Pethrowyna ac Ioanne Gezthy de Zenthlewrincz de 15 sessionibus iobagonalibus
in pertinentiis castri Ozthercz certis sub condicionibus fecit. Orig. [Šavor]

1257. Zagrabiae 5. III. 1560. vide Zagrabiae, 24. II. 1562. (D – XXXV – 94)

1258. Zagrabiae 6. III. 1560. vide Zagrabiae, 24. II. 1562. (D – XXXV – 94)

1259. Warasdini, 7. III. 1560. (D – XXXV – 10)

Christophorus Ungnad, liber dominus in Sonnek ac comitatus Warasdiniensis comes, in cau-
sa inter Catherinam Imrehffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem, ut actricem atque
Matthiam Keglewych de Bwsyn, qui cuiusdam Ambrosii Kowachych, iobagonis dictae actri-
cis licentiatum in possessione Zekyrusche iniuste capti et in vincula coniecti, necnon unius va-
ccae eiusdem demactatae atque unius talleri extorti accusatas et ad relationem Iohannis de
Pwhakowcz, iudicis, atque Ludovici de Zabok iurati, qui haec omnia a reo negata vere com-
missa esse declaraverunt, de violentia illata et rapto pecunia 100 florenorum et 4 florenorum
pro demactata vacca ac dicto tallero restituendo condemnatus est, vicecomiti comitatus Wa-
rasdiniensis praecipit, ut multam confiscatis rei bonis solvat. Orig. [Šavor]

1260. Zagrabiae, 8. III. 1560. (D – XXXV – 11)

Litterae Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, de unione inter Simonem Keglewych de Bwsyn
eiusque uxorem Sophiam Rathkai ut actores atque Petrum Rathkai ut reum in causa de bonis
ac iuribus possessionariis quondam Pauli Rathkai mota eodem bano necnon Nicolao comite de
Zrinio ac Ioanne Alapi de Nagykemlek suadentibus facta, qua reus actoribus 1971 talleros sol-
vere quandamque catenam auream dare se obliget, e converso autem actores eidem litteras de
omnibus bonis ac rebus praefati Pauli, patris eorum, ipsam Sophiam concernentibus expeditio-
rias dare neque litem nobilium Kecczer Petro intentam prosequi teneantur. Orig. [Šavor]

1261. Zagrabiae, 13. III. 1560. vide Zagrabiae, 16. III. 1560. (D – XXXV – 12)

1262. Zagrabiae, 16. III. 1560. (D – XXXV – 12)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, Stephano et Petro filio quondam Nicolai Bradach
de Ladomercz, in quem causa est condescensa, qui a Martino Bwsanych de Rathkowcz rei fac-
ti sunt, edit par litterarum suarum Zagrabiae 13. III. 1560. datarum, quae testimonio sunt re-
os ad terminum praescriptum in ius non venisse. Orig. [Mayer]

1263. Zagrabiae, 18. III. 1560. (D – CIIL – 33)

Elena Borothwa Ioannem Ruskoczy de Sabnicza Zenth Iwan, Georgium Skaricza de Rath-
kowcz etc. coram Petro Erdewdy bano procuratores constituit. Fragm. [nepotpisan]

1264. Zagrabiae, 18. III. 1560. vide Zagrabiae, 20. III. 1560. (D – XXXV – 13)

1265. Zagrabiae, 20. III. 1560. (D – XXXV – 13)

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek in causa inde orta, quod Dorothea Pewkry, uxor Gasparis de Orehowcz, ab Elena Pewkry, vidua Emerici Bradach de Ladomercz, eiusque liberis divisionem bonorum maternorum petiverat, reis edit paria litterarum quibus eidem bano nuntiat, ad eius capituli Zagrebiensi 12. VIII. 1558. datarum (vide: Zbornik, vol. 31, reg. 1188) reos 7. VIII. in ius voactos esse, et litterarum eiusdem bani Zagrabiae 18. III. 1560. datarum, quae testimonio sunt, reos ad terminum praescriptum in ius non venisse. Orig. [Mayer]

1266. Zagrabiae, 22. III. 1560. (D – XXXV – 14)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Iacobum Zekel de Kewend ut actorem atque Matthiam, Petrum ac Simonem Keglewych de Bwsyn necnon Catherinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem, eiusque filium Michaelem ut reos iuxta continentiam litterarum capituli Zagrebiensis a 23. VII. 1558. de reambulatione a bano iussa et in facie castrorum Kozthel et Krapyna 18. VII. 1558. facienda, sed violento emmissariorum bani et capituli repulsi a reis patrato repressa, sententiam fert, qua prius bani iudicium in omnibus punctis comprobatur simulque capitulo praecipitur ut hominem suum ad idem exequendum mittat. Orig. [Šavor]

1267. Chersi, 22. III. 1560. (DV – II – 110)

Th. Memo, comes et capitaneus Chersi et Ausseri, recuperationem pabuli in contrata vocata Plaxicine in pertinentiis de Predolschizza de bonis Bernichi Dubanich ad publicum incantum 24. IX. 1559. per Franciscum Nasinbene uti creditorem pro summa librarum 33 soldatorum 13 empti, factam ab Antonio Cuchich uti collaterale dicti debitoris Bernichi, validam esse pronuntiat. Latine c. Orig. perg. [Marušić]

1268. Zagrabiae, 25. III. 1560. (D – XXXV – 15)

In causa Elisabeth, uxoris Ioannis Alapi de Nag Kemlek, quae Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catharinam Imreffy de Zredahel accusavit, quod se e dominio arcis Krapyna et dimidiae partis bonorum Kozthel et Krapyna exclusissent, postquam rei in iudicium banale evocati non comparuerunt, Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, sententiam fert, ut rei bona sua ammittant, homagium 50 marcarum solvant et portionem bonorum actrici reddant, et capitulo Zagrebiensi praecipitur, ut sententiam exequatur. Orig. [Juričan]

1269. Zagrabiae, 26. III. 1560. (D – CIIL – 34)

Petrus Erdewdy banus causam condescensam Martini Bwsanych contra Stephanum Bradach, Elenam Emerici Bradach et M. Pozedarzky ac Cristinam, uxorem Georgi Polyachany, prorogat. [nepotpisan]

1270. Zagrabiae, 29. III. 1560. (D – XXXV – 16)

Christopherus de Praschowcz Stanislaio Zthankoni Fysthych, Agathae filiae Petri litterati Sebelya dicti de Pathak, viduae Ioannis Aythosy de Aythos, atque Elenae uxori Ladislai Chochak de Wyzoka, nec non Ioanni Zwlycza eiusque filiae Ilkae, qui eum de portione quadam in possessione Wynarcz et Zelancz accusaverunt, sed amissione eius portionis, fidei, honoris et humanitatis condannati sunt, coram bano Petro Erdewdy de Monyorokerek commiseratione Christiana ignoscit ea condicione, ne se umquam de eis bonis, quae quondam Ioannis Wokozlawych de Bedennycza fuerunt, molestent. Orig. [Mayer]

1271. Zagrabiae, 29. III. 1560. (D – XXXIV – 76)

Capitulum Zagrabiae litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, Zagrabiae, 3. VIII. 1559. datis, iussum, in causa Elizabeth, uxoris Ioannis Alapy de Naghkemlek, quae Lucam Zekel et uxorem eius Catharinae Imreffy de ablatione litteralium documentorum, quibus actrix iura sua bonorum dimidiae partis castris Kozthel et Krapyna defendi posset, accusavit, reos 12. VIII. 1559. ammonuit et in ius banale evocavit. Cum autem rei in iudicium non venerint, banus sententiam fert, ut rei 25 marcis mulctentur, et capitulo praecipit ut sententiam exequatur. Orig. [Juričan]

1272. Zagrabiae, 30. III. 1560. (D – XXXIV – 77)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Martham, quondam Matthiae Sampwh de Felsewthopylychycza viduam eiusque filiam Susannam ut actrices atque Matthaim, Petrum et Simonem Keglewych de Bwsyn, Petri de vi accusati et convicti filios, ut reos, iuxta continentiam litterarum capituli Zagrabiae de 17. V. 1558., quibus testatur emissarios et capituli a peragenda reambulatione, aestimationeque bonorum dictorum reorum atque marcarum solutione litteris bani adiudicatoriis iussa a reis, qui propter hoc in ius vocati non venerunt, 12. V. 1558. vi repulsos esse, sententiam dicit, qua prior confirmatur atque accusati ob vim emissariis illatam pecunia 72 florenorum mulctantur simulque capitulo praecipitur, ut eam exequatur. Orig. [Šavor]

1273. Viennae, 1. IV. 1560. (D – XXXV – 17)

Ferdinandus rex Blasio Kwn, capitaneo Gywlensi, praecipit, ut possessionem Kwpa, Andreae Gal a Benedicto Bornenyzza, alias capitaneo arcis Gywla, simul cum uno colono traditam, Christophoro Castellanfy de Zenthlelek, legitimo domino restituat. Orig. [Mayer]

1274. Zagrabiae, 1. IV. 1560. (D – XXXV – 18)

Ferdinandus rex Michaelis Konzky, de se bene merito, facultatem bona sua casu defectus seminis cuicumque testamento legandi concedit. Copia. [Juričan]

1275. Chasmae 2. IV. 1560. vide Zagrabiae, 27. II. 1562. (D – XXXV – 97)

1276. Kapornak, 4. IV. 1560. (D – XXXV – 19)

Conventus Ecclesiae Sancti Salvatoris in Kapornak, litteris Thomae de Nadasd, palatini et iudicis curiae, Zagrabiae 25. III. 1560. datis, iussus, testatur Nicolaum comitem de Zrynyo, tunc banum, eiusque sevitores quos

1. Andreas Thewrewk de Magyerowo accusavit, quod exponentem captum in vincula coniecissent, uxorem Barbaram, "kewnthecos" et aliiis vestibis spoliata e domo eiecissent, et illi damna plusquam 1200 florenorum intulissent;

2. Blasius Kerpych de Grabarya accusavit, quod exponentem et filium Georgium captos in vinculis 8 mensibus detinuissent, uxorem Catharinam male tractassent et damna plusquam 1000 florenorum intulissent, et quod servitor Gaspar Dersanych alisa Derk puellam Claram, pedisequam Barbarae, oppressisset et per 8 dies in castro Lwkawcz detinuisset, et quod banus Nicolaus Blasium, a bano Petro Erdewdy cum litteris ad se missum in vincula coniecisset et per 2 annos tenuisset ita, ut exponens deterritus ex patria aufugisset, 26. III. 1560. ammonitos esse et in ius curiae regiae evocatos esse. Orig. [Juričan]

1277. Zagrabiae, 4. IV. 1560. (D – XXXV – 20)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Annam, Andreae Gothall de Gothallowcz uxorem, Margarethae, Nicolai de Wynychno viduae, nunc vero Martini Bwsanych de

Rathkowcz uxoris filiam, ut actricem, atque Petrum Castellany de Zenthlelek, ut reum, coram bano mota, ad huius rogatum, capitulo Zagrabienſi praecipit, ut edit paria:

1. litterarum eiusdem capituli a 28. II. 1559. de admonitione a bano 22. II. 1559. iussa et a capitulo 23. II. 1559. facta, quibus Petrus Castellany, qui a praefatis Margareta et Anna de 825 arboribus in silva Chreth in territorio possessionis Wynychno (comitatus Crisiensis) succisis necnon de vi et maleficio quibusdam actricum iobagionibus in eadem possessione illato atque 4 bubus adeptis accusatus est, ius banale adire iubetur rationem facinoris commiſsi redditurus;

2. litterarum eiusdem bani de 14. III. 1560., quibus Petrum Castellany in ius in praescripta causa evocatum coram bano non comparuisse testatur. Orig. [Šavor]

1278. Zagrabiae, 4. IV. 1560. (D – XXXV – 21)

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Francisco Gregoroczy de Gregorowcz eiusque fratribus, Simeoni de Myrkowcz eiusque filiis et fratri, quos Catherina Imreffy, uxor Lucae Zekel, propter contradictionem introductioni cuidam interpositam reos fecit, edit par litterarum suarum Zagrabiae 1. IV. 1560. datarum, quae documento sunt, reos in iudicium non venisse. Orig. [Mayer]

1279. Zagrabiae, 5. IV. 1560. (D – XXXV – 22)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, ad rogatum Lucae Zekel de Kewend eiusque uxoris Caterinae Imreffy de Zerdahel, qui in causa quadam a Georgio Lywbwuchych ac Ludovico Glawach aliter Grwobych accusati coram bano mota condemnati sunt et contra hoc arbitrium tamquam in iustum intercessionem fecerunt, capitulo Zagrabienſi 30. III. 1560. praecipit, ut actores in ius banale evocet novum iudicium recepturos, de qua evocatione 3. IV. 1560. in possessione Rathkowcz facta idem banum certiore facit. Orig. [Šavor]

1280. Zagrabiae, 5. IV. 1560. (D – XXXV – 23)

Capitulum Zagrabienſe litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, Zagrabiae 30. III. 1560. datis, iussum testatur in causa Elisabeth, uxoris Ioannis Allapi de Nagh Kemlek contra Lucam Zekel de Kewend eiusque uxoris Catharinae Imreffy de occupatione portionum bonorum Kozthel et Krapyna, et de retentione litteralium documentorum, Elisabeth Allapy 31. III. 1560. certiore factam esse contra sententiam bani Lucam Zekel et Catharinam Imreffy protestatos esse et novum iudicium obtinuisse. Orig. [Juričan]

1281. Viennae, 8. IV. 1560. (D – XXXV – 24)

Ferdinandus rex Ioanni Lenkovich, gentium provincialium in Sclavonia supermo capitaneo, praecipit, ne cives Caproncaez, qui regi de vi sibi illata conquesti sunt, vexet et ut quattuor sessiones iobagionales eis ab eius praedecessore Luca Zekel raptas eis restituat. Cop. simpl. [Mayer]

1282. Zagrabiae, 8. IV. 1560. (D – XXXV – 25)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa ob contradictoriam inhibitionem portionis in possessione Drenowa et in aliis possessionibus, quae ob defectum seminis augustini, filii Briccii Poznan, filii Kyslabachych de Drenowa, a Thoma de Nadasd, locumenente, Stephano litterato de Gregoryancz et Benedicto Syffar de Blaskowcz donatae sunt, ab his contra Gregorium et Andream Augwsthynecz ac Barbaram, eorum sororem, necnon Petrum Kalynzky de Kalyne, qui dictas portiones ad fiscum regium non devolutas esse, ergo iure hereditario eo-

rum tamquam legitimorum eiusdem Augustini heredum esse affirmant, coram bano mota, sententiam fert, qua rei iussum hereditarium litteris intra unum annum coram bano productis confirmare debeant. Orig. [Šavor]

1283. Zagrabiae, 9. IV. 1560. (D – XXXV – 26)

Capitulum Zagrabienense, a bano Petro Erdewdy de Monyorokerek litteris Zagrabiae 2. IV. 1560. datis iussum, eundem certiozem facit, Martinum Bwsanych et Barbaram Dwdych, viduam Stephani Bwsanych, nunc vero uxorem Petri Pattachych de Zayezda, 3. et 4. IV. in ius vocatos esse. Stephanus enim a Catharina Imreffy, uxore Lucae Zekel, accusatus est, quod 1551. – 1554. provisor eius castri Krapyna fuit, sed rationem administrationis nunquam reddidit, itaque ei damnum plus 1000 florenorum intulit; post Stephani mortem causa in eius fratrem Martinum, qui possessiones, et in eius viduam, quae res eius hereditate accepit, condescensa est. Orig. [Mayer]

1284. Zagrabiae, 13. IV. 1560. (D – XXXV – 28)

Capitulum Zagrabienense, litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, Zagrabiae 3. IV. 1560. datis iussum, in causa Marthae, viduae Mathiae Sampuch de Felsewthoplychycza, eiusque filiae Susannae, quae Matheum, Simonem et Petrum Keglwyeh de Bwsyn accusaverunt, qui autem in ius non comparuerunt, sed contra sententiam protestati sunt, testatur testimonium de peracta executione a se non editum, sed 8. IV. 1560. actrices in novum iudicium evocatas esse. Orig. [Juričan]

1285. Chasmae, 13. IV. 1560. vide Zagrabiae, 27. II. 1562. (D – XXXV – 97)

1286. Zagrabiae, 15. IV. 1560. (D – XXXV – 29)

Litterae capituli Zagrabienensis, ad Petrum Erdewdy de Monyorokerek, banum, missae de administratione in quadam causa inter Catherinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem, necnon Matheum, Petrum et Simonem Keglwyeh de Bwsyn ut reos atque Jacobum Zekel de Kewend ut actorem, coram bano mota et ab eo ad intercessionem reorum 30. III. 1560. iussa necnon a capitulo 10. IV. 1560. in castro Ludbreggh facta, quibus actor admoneatur, ut termino certo coram bano compareat omnesque litteris iudiciales producat novum iudicium recepturus. Orig. [Šavor]

1287. Zagrabiae, 15. IV. 1560. (D – XXXV – 30)

Litterae capituli Zagrabienensis de administratione in causa inter Matthiam Keglwyeh de Bwsyn, ad quem Georgio fratre mortuo ipsa causa est condescensa, ut reum atque cives civitatis Kapronczensis ut actores de quibusdam violetibus actibus coram bano mota, a Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, 3. IV. ad intercessionem praefati rei iussa et a capitulo 10. IV. 1560. facta, quibus actores monentur, ut coram bano termino certo compareant litterasque omnes iudiciales producant novum iudicium recepturi. Orig. [Šavor]

1288. Zagrabiae 15. IV. 1560. vide Zagrabiae, 18. II. 1562. (D – XXXV – 92)

1289. Zagrabiae, 28. IV. 1560. (D – XXXV – 27)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Elizabeth, uxori Ioannis Alapy de Nagh Kemlek ut actricem atque Michaellem, Lucae Zekel de Kewend et Catharinae Imreffy filium, in quem matre mortua praesens causa est condescensa, ut reum, coram bano de usurpa-

tis ac retentis litteris, quae ad castrum Krapyna necnon dimidiam partem bonorum idem castrum et castrum Kozthel concernentium attinent, mota, ad rogatum actricis edit paria litterarum de 28. III. 1560., quibus idem capitulo Zagrabiensi praecipit, ut reambulatione aestimationeque omnium bonorum dictorum Lucae et Catherinae, qui 11. VIII. 1559. in ius banale vocati rationem praefatae usurpationis reddituri non venerunt et poena 25 marcarum necnon perpetua evictione in dictis bonis iuribusque possessionariis condemnati sunt, facta, exclusis aliorum portionibus, de iisdem 25 marcas facientia separet aequae in possessione pignoris titulo retineat, donec a reo redimantur. Orig. [Šavor]

1290. Romae, 30. IV. 1560. (DV – II – 111)

Andreas Cornelius, archiepiscopus Spalatensis, coram Iustino Mandosio de Ameria, publico camerariae apostolicae notario, Thomam Speraindeum alericum, utriusque iuris doctorem, suum legitimum procuratorem ac nuntium specialem et generalem, cum plena potestate vice et nomine sui ipsius gerendi varia negotia ad bona et iura archiepiscopatus spectantia, constituit. Latine c. Orig. pap. [Marušić]

1291. Agriae, 7. V. 1560. (D – XXXV – 31)

Capitulum Agriense litteris Ferdinandi regis 5. I. 1560. Viennae datis, iussum, testatur se 29. IV. 1560. in arce Gywleni (comitatus Zarandiensis) Gasparem Zegegy, Andream Dacho et Nicolaum Zolomy in dominium portionum Nagy- et Kysgyala, Dombeghaz et Kwppa (comitatus Csanadiensis), quo propter metum Turcarum ire aussum non est, introducere voluisse, sed Andream Gaal de Fewenyas et Christophorum Castellanffy huic introductioni contradixisse quare in ius curiae regiae evocatos esse. Orig. [Juričan]

1292. Zagrabiae, 22. V. 1560. (D – XXXV – 32)

Thomas de Nadasd, palatinus et locumtenens, portiones in possessione Myrkowcz, Brazova et Bylecz (comitatus Warasdiniensis), item domos cum sessione in possessione Blaskowecz (comitatus Zagrabiensis) Georgio Lubrechych ac Ludovico et Francisco Glawach aliter Grubych de Pathovecz donat. Orig. [Šavor]

1293. Posonii, 31. V. 1560. (D – XXXIV – 78)

Cum Agnes, uxor Simonis Myrkoczy, Petrus eius frater et Ana, filia Ludovici de Zabok, pronepotes Nicolai Iwanowycz de Brezowycze, portiones ex huius bonis sibi spectantes a Francisco et Gaspare Mernyawchych eorumque sorore Dorthea, uxore Ambrosii litterati de Gregoryancz, petissent, hi autem binis litteris capituli Zagrabiensis datis 11. III. 1495. et 27. I. 1498. et consensu regio Budae 8. XII. 1497. dato comprobassent Nicolaum Bona genero et duabus filiis vendidisse, banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek litteris Zagrabiae 31. III. 1558. datis et hic insertis sententiam tulit, ut actoribus ius quartalicium spectaret. Comes Andreas de Bathor, iudex curiae regiae, ad quem rei appelaverunt, sententia bani cassata, decernit e documentis afferendis statuendum esse, utrum ea bona ius masculinum an femineum sequantur. Orig. [Mayer]

1294. Viennae, 3. VI. 1560. (D – XXXV – 33)

Ferdinandus rex Blasio Kwn, capitaneo Gyulensi et ceteris capitaneis regiis praecipit ut possessionem Kwppa ab Andrea Gall usurpatam, et possessionem Dombeghaz ab Andrea Dacho turbatam, possessori Christophoro Castellanffy restituat et damna ei illata resarciantur. Orig. [Juričan]

1295. Agriae, 14. VI. 1560. (D – XXXV – 34)

Ferdinandus rex ad supplicationem Christophori Castellany de Zenthlelek capitulo Agriensi praecipit, ut eidem edat paria:

1. litterarum eiusdem capituli a 25. VI. 1559. de introductione Jacobi Wyzkelethy aliter Ferenczy necnon Petri Zentthpaly in dominium possessionum Kwpa et Dombegyhaz (comitatus Chenadiensis), quae post mortem et ob defectum seminis Ioannis Jaxyth de Naghlak ad regem devolutae iisdem donatae sunt, a rege 27. IV. 1559. iussa et a capitulo 8. VI. 1559. facta, cui introductioni a Christophoro Castellany contradicendum est;
2. litterarum Ferdinandi regis de 9. V. 1559., quibus eidem capitulo praecipitur, et Andream Gaal de Gywla, de rege optime meritum, in dominium possessionis Kwpa et portionis in possessione Bassaragh (comitatus Chandiensis), quae ob defectum seminis eiusdem Ioannis Jaxyth eidem a rege donatae sunt, introducat. Orig. [Šavor]

1296. Zagrabiae, 16. VI. 1560. (D – XXXV – 35)

Thomas de Nadasd, palatinus et locumentens regis, ad rogatum Matthiae Keglewych de Bwsyn, magistro Michaeli de Mylethyncz, viceprotonotario regni Sclavoniae praecipit, ut bona ad castrum Kozthel, Lodor, Bwsyn et dimidiam partem bonorum ad castrum Krapyna pertinentium quae Matthiae eiusque fratrum Petri et Simonis sunt, inter eos dividat. Orig. [Mayer]

1297. Zagrabiae, 10. VII. 1560. vide Zagrabiae, 11. III. 1562. (D – XXXV – 102)

1298. Zagrabiae, 17. VII. 1560. (D – XXXV – 36)

Capitulum Chasmense litteris Thomae de Nadasd, palatini et locumtenensti regii Posonii 16. II. 1560. datis, iussum, testatur capitulum Zagrabianse a Mathia, Petro et Simone Keglewych de Bwsyn accusatum, quod eis paria documentorum e depositario suo extradare noluit, 12. III. 1560. ammonitum et in ius banale evocatum esse. Orig. [Juričan]

1299. Zagrabiae, 18. VII. 1560. (D – XXXV – 37)

Ambrosius litteratus de Gregoryancz vicebanus in causa Georgii Homzky de Hom contra Petrum Kastellanffy de Zenthlelek propterea mota, quod Petrus colonum suum Gregorium Krayach seu Pyhowecz licentiatum, cum ad Georgium migrare voluisset, in vincula coniecit, visis litteris suis Zagrabiae 5. VII. 1560., ex quibus querelam veram et Petrum in ius vocatum esse apparet, sententiam fert, qua Petrus 25 marcis aliter 50 florenis multatur, quod non obtemperavit, insuper 100 florenis, quod violentiam adhibuit. Orig. [Mayer]

1300. Agriae, 19. VII. 1560. (D – XXXIV – 79)

Ferdinandus rex litteris Viennae 27. XI. 1559. datis capitulo Agriensi imperat, ut Christophorum Castellany de Zenthlelek una cum emissario regio in dominium possessionum Kwpa et Dombegyhaz (comitatus Chanadiensis) introducat, de qua introductione in oppido Gywliensi, non in praescriptis possessionibus, quae in ditione Turcarum sunt, 2. VII. 1560. facienda, sed ob contradictionem Andreae Dacho de Gywla ac Andreae Gaal de Ferwenyes, qui ob hoc in ius vocati sunt, non facta idem capitulum regem certiore facit. Orig. [Šavor]

1301. Zagrabiae, 20. VII. 1560. (D – CXCVII – 216)

Iohannes Lenkouich imperatorem de motibus Turcarum eorumque incursionibus praedandi causa, Malkotsch et Safferbeg ducibus certiore facit eosdemque usque ad Quinque Ecclesi-

as adequitare dicit. Insuper de excursionibus haramiarum et aliorum Christianorum militum in Turcarum regiones retributionis causa certiozem facit. Orig. [Moscatello]

1302. Viennae, 22. VII. 1560. (D – XXXV – 38)

Ferdinandus rex Ioanni Aythych de Bwzetha, qui se in proeliis contra Turcas fortissimum prae-buit, eiusque uxori Annae Novakovich ac filiis possessionem Zamersie (comitatus Zagrabien-sis), quae post mortem et ob defectum seminis Ladislai et Ioannis Stivchycz de Paczka aliter Pernach ad regem devoluta est donat. Orig. [Šavor]

1303. Agriae, 28. VII. 1560. (D – XXXV – 39)

Litterae capituli Agriensis de inquisitione ad petitionem Petri, Christophori et Ladislai, Geor-gii Castellany de Zenthlelek nepotum, necnon Annae, Petri de Molast uxoris, eiusdem ve-ro Georgii neptis, a Ferdinando rege 21. V. 1560. iussa et a capitulo in facie oppidi Mezeoke-owesd necnon oppidorum Thord et Agriae (comitatus Podrogiensis) 18. VI. – 28. VII. 1560. ha-bite, in qua fassionibus omnium fere testium confirmatum est, oppidum Mezeokeowesd, qu-od iam ante obitum Ludovici regis in possessione dicti Georgii Castellany erat, a Francis-co Bebek, Ioannis regis factioso, occupatum atque Simoni litterato traditum esse, confectae. Orig. [Šavor]

1304. Zagrabiae, 4. VIII. 1560. vide Zagrabiae, 8. III. 1562. (D – XXXV – 101)

1305. Zelynae, 9. VIII. 1560. (D – XXXV – 40)

Petrus Castellany de Zenthlelek et Stephanus Bradach de Ladomercz de bonis castri Ozt-hercz et castellis Lodomercz et Byzthrycza sub certis conditionibus coram Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, concordinam componunt. Orig. [Juričan]

1306. Warasdini, 10. VIII. 1560. (D – XXXV – 41)

Ladislau Kerecheny de Kanyafewlde 600 taleros ad emendum castrum Nykylspwrg Moravi-ae a Stephano Bradach de Ladomercz ad duos annos coram bano Petro Erdewdy de Monyo-rokerek mutuatur. Orig. [Mayer]

1307. Zagrabiae, 10. VIII. 1560. (D – XXXV – 42)

Litterae Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, de 600 talleris a Stephano Bradach de Lado-mercz Ladislao Kerecheny de Kanyaffewlde mutuo datis sub condicione, ut debitor vel, si idem casu mortuus erit, eius heredes debitam pecuniam biennio post creditori reddent; si au-tem eadem ad terminum praefixum reddita non erit, tunc de bonis castri Nykylspurg ac Ka-nyaffewlde et Zelyna, quae debitoris sunt, eandem summam facientia pigneri dentur, donec ista redimatur. Orig. [Šavor]

1308. Warasdini, 10. VIII. 1560. (D – XXXV – 43)

Ioannes Pewkry de Pethrowyna coram Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, arces suas Lykawa et Wywar (comitatus Lyphthowyensis) omniaque bona mobilia Ladislao Kerecheny de Kanyaffewlde eiusque uxori Elizabeth, Ludovici Pewkry, patris sui viduae, commendat sub condicione, qua isti causis contra Andream de Bathor, curiae regiae iudicem a Ioanne de da-mno illato motis et ad finem prospere perductis eidem 400 florenos, 4 equos, 1 currum necnon unum equum sellatum dare, ex iis autem inprospere ad finem perductis nullas exoensas ab eodem repetere neque 32 florenos eidem mutuos datos solvere se obligent. Orig. [Šavor]

1309. In Zala, 20. VIII. 1560. (D – XXXV – 44)

Conventus ecclesiae Sancti Adriani de Zala, litteris Ferdinandi regis Viennae 26. XI. 1559. datis, iussum, testatur se Ladislaum et Ioannem Kerecheny de Kanyaffewlde, de rege bene meritos, in dominum bonorum Weresmarth, Wyffalw etc. (comitatus Baranya) in arcae Also Zygeth, quod propter metum Turcarum illuc ire non ausum est, 5. VIII. 1560. introducere voluisse, sed Ioannem Sygry, Iacobum Radowan etc. huic introductioni contradixisse, quare in ius curiae regiae evocatos esse. Orig. [Juričan]

1310. Chasmae, 27. VIII. 1560. (D – XXXV – 45)

Michael Pochezanecz, canonicu, bona et portionem suam in bonis et pertinentiis Sybylyncz (comitatus Crisiensis) Georgio Belowarczy de Belowarcz 14 florenis ac 50 denariis coram capitulo Chasmensi vendit. Orig. [Šavor]

1311. Chasmae, 13. IX. 1560. (D – XXXV – 46)

Stephanus Bradach de Ladomercz suo ac matris Helenae Pewkry, necnon Petri filli ac Catherinae, filiae quondam Nicolai Bradach aliorumque propinquorum nomine apud capitulum Chasmense intercessionem fecit contra regem, ne castella Razynya et Zenthlowryncz aliter Lowrechyna (comitatus Crisiensis) eorumque bona donet, contra Ioannem Gezthy ac Ioannem Pewkry, ne eadem occupent et detineant, contra capitula et conventus aliaque loca credibilia, ne litteras, statutorias edant. Orig. [Šavor]

1312. Sine loco, 14. IX. 1560. (D – XXXIV – 80)

Capitulum Chasmense bano Petro Erdewdy de Monyorokerek nuntiat, se a Ferdinando rege litteris Viennae 16. X. 1559. datis iussum, Ioannem Gezthy et Ioannem Pewkry in dominium castrorum Razynya et Zenthlewryncz sive Lowrechyna cum pertinentiis eis a rege novae donationis titulo cum iure regio donatorum 29. VIII. et 1. IX. 1560. introduxisse, sed Stephanum Bradach suo et aliorum posterorum Petri Bochkay nomine intra legitimum terminum 16 dierum, scilicet 13. IX. ei introductioni contradixisse. Orig. [Mayer]

1313. Chasmae, 15. IX. 1560. (D – XXXV – 47)

Litterae capituli Chasmensis, ad Petrum Erdewdy de Monyorokerek, banum, missae de introductione Ioannis Gezthy, Petri Bochkay nepotis, ac Ioannis Pewkry, eiusdem Bochkay pronepotis, in dominium castellorum Razynya atque Zenthlowryncz sive Lowrechyna (comitatus Crisiensis), quae eorum iam ab antiquis erant, sed litteris superinde confestis amissis Ferdinandi regis decreto de 16. X. 1559. nova donatione in eos collata sunt, iussa et a capitulo 1. IX. 1560. facta, cui a Georgio Belowarczy de Belowarcz eiusque filiis, qui ob hanc oppositionem in ius banale evocati sunt, contradictum est. Orig. [Šavor]

1314. Thabor, 20. IX. 1560. (D – XXXV – 48)

Epistula Petri de Rathka, Hungarice conscripta, Petro Castellanffy de Zenthlelek directa. Orig. [Šavor]

1315. Warasdini, 23. IX. 1560. (D – XXXV – 49)

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek capitulo Zagradiensi praecipit, ut inquirat, num Matthaeus Keglewych de Bwsyn in terris Catherinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Ze-

kel, sicut conquesta est piscinam erexerit, et si id fecerit, cum ammoneat, ut “manus violentas ex eadem excipere debeat.” Orig. [Mayer]

1316. [Zagrabiae], 6. X. 1560. (D – CIIL – 35)

Capitulum Zagrabienae, ab iudicio Warasdinensi litteris 24. IX. 1560. datis iussum, praebendarium Martinum Bayamechky de Iwanich ad castrum Ladomercz mittit, ut Helenae eiusque filio mandet, ut in iudicio instrumenta litteralia producat. Ultima pars originalis. [nepotpisan]

1317. Zagrabiae, 11. X. 1560. (D – XXXV – 50)

Capitulum Zagrabienae ad rogatum Matthei, Petri et Simonis Keglewych de Bwsyn, in quos Petro, patre ac fratribus Georgio, Francisco et Caspare mortuis causae patris sunt condescensae, a petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, 29. IX. 1560. iussum edit paria;

1. litterarum de iure iurando a praefatis in causa inter Petrum ac Matthiam Sampwh de Felsewthoplychycza de vi mote datum;
2. litterarum repulsionalium in causa inter Petrum atque cives civitatis Kapronczensis de quibusdam actibus potentiariis mota;
3. litterarum repulsionalium in causa inter Petrum atque Catherinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem, de quibusdam terris arabilibus occupatis mota, de quibus editis idem capitulum banum certiore facit. Orig. [Šavor]

1318. Viennae, 7. XI. 1560. (D – XXXV – 51)

Ferdinandus rex Francisco Forgach de Gyemes, episcopo Warasdiensi et ceteris commissariis regis praecipit, ut portionem possessionis in Kwpa, a Benedicto Bornemisza, capitaneo Gyulensi Christophoro Castellany de Zenthlelek violenter ademptam et Andreae Gal datam, quam portionem rex iam prius Blasio Kwn, capitaneo Gyulensi Christophoro Castellany reddere praeceperat, modis omnibus Christophoro Castellany tradant et colonum quendam ei restituant. Orig. [Juričan]

1319. Zagrabiae, 8. XI. 1560. (D – XXXV – 52)

Ex inquisitione, quam Georgius Belowarczy de Belowarcz, iudex, ab Ambrosio litterato de Gregoryancz, vicebano ac comitatu Zagrabienae et Crisiensis comite, ad petitionem Moyses Homzky de Hom, qui Christophorum de Batthyan violentiae alicui pastori actoris in possessione Remethyncz in pertinentiis castrum Greben (comitatus Crisiensis) illatae necnon duorum bovum per vim ademptorum eaque plus 25 florenorum Hungaricalium damni illati accusavit destinatus 3. XI. 1560. fecit, constat querelam veram esse, quare reum in ius evocatum esse. Orig. [Šavor]

1320. Viennae, 10. XI. 1560. (D – XXXV – 53)

Ferdinandus rex Francisco Forgach de Ghymes episcopo Varasdiensi, Ladislao Kerecheny de Kanyaffewlde, Gyulensi praefecto, ceterisque commissariis regis ad arcem Gywla expeditis praecipit, ut Christophorum Castellany de Zenthlelek de damnis, quae Benedictus Bornemiza tempore capitaneatus sui ei intulit, ex huius rebus, sicut idem promisit, contentum reddant. Orig. [Mayer]

1321. In castro Thopozka, 13. XI. 1560. (D – XXXV – 54)

Litterae a Mathia Brumano, episcopo Zagrabienae ac abbatiae de Thopozka commendatario, de unione inter Gasparem et Christophorum Sysynachky de Sysyncz coram arbitris facta, qua

omnes res ac bona mobilia Christophori ab eo ubivis acquisita et inventa eidem eiusque uxori Helenae permaneant neque inter fratres dividi debeant, et de 5 bubus, 17 porcis necnon duabus forcis frumenti ab eodem Gaspare glori eius dono datis confectae. Orig. [Šavor]

1322. Thopozka, 13. XI. 1560. (D – XXXV – 55)

Melchior Sysynachky de Syssyncz Hungariam profecturus suam portionem in Abbazia Thopozkensi et omnes res coram Mathia Brumano, episcopo Zagrabiensi et commandatario Abbati-ae Beatae Vergine Maria de Thopozka, fratri suo Christophoro ad regendum et utendum commendat sub ea conditione, ut cum e Hungaria redierit, sibi omnia bona reddantur, si autem in Hungaria obierit, tunc omnia sua bona Christophoro testamento legat. Orig. [Juričan]

1323. Viennae, 13. XI. 1560. (D – XXXV – 56)

Ferdinandus rex in Matthiam et Gregorium Lychkorych de Gradacz possessiones Gradacz et Dolacz (comitatus Zagrabiensis), in quorum dominio ipsi persistent litterasque superinde confectas, casu quodam deperditas, habuerunt, nova donatione confert. Orig. [Šavor]

1324. Zagrabiae, 13. XI. 1560. (D – XXXV – 57)

Capitulum Zagrabiense litteris Ferdinandi regis Viennae 21. V. 1560. datis iussum, testatur Balthasaram Spsychko de Krisancz eiusque consanguineos in dominium bonorum Krisancz, Kothary, Klymessewcy, Gerdency, Brezowa, Struczlewo et Zleche, Zovynyak et portionem possessionariam in promonthorio Zaversye (comitatus Warasdiensis) a rege titulo novae donationis collatorum 29. X. 1560. nemine contradicente introductos esse. Cop. legal. [Juričan]

1325. Zagrabiae, 13. XII. 1560. (D – XXXVI – 1)

Ferdinandus imperator et rex Ladislao Kerecheny de Kanyafewlde, arcis Gyulensis ac partium regni Hungariae inferiorum summo capitaneo, de se bene merito, ius regium in eius possessionibus in comitatu Warasdiensi sitis confert. Copia rata. [Mayer]

1326. Warasdini, 20. XII. 1560. (D – XXXV – 58)

Christophorum Wngnad, liber dominus in Sonnek, comes Warasdiniensis Ioanni de Pwhakowcz, iudici nobilium ac Ludovico de Zabok, iurato, praecipit, ut, in causa transmigratio- nis Ambrosii Kowachych, coloni Mathiae Keglwych de Bwsyn, ad bona Catharinae Imreffy, uxoris Lucae Zekel de Kewend, quem colonum Mathias Keglwych captum in vincula coniecit et ab eo vaccam et tallerum extorsit, sententiam exequantur, qua Mathias Keglwych 100 florenis multatus, insuper 4 florenos et 1 talleru colono dandis condemnatus est, cuius sententiae executio 23. V. 1560. ab Iwan Rade, servitore Simonis Keglwych, violenter prohibita est, eo addito, ut etiam 36 florenos mulctae a Mathia Keglwych persolvantur. Orig. [Juričan]

1327. Warasdini, 20. XII. 1560. (D – XXXV – 59)

Christophorus Wngnad, liber dominus in Sonnek, comes comitatus Warasdiensis, Benedicto Pethew de Gersse, vicecomiti et Ioanni de Pwhakowcz, iudici nobilium, cum in causa transmigratio- nis Ioannis Kaletthyak, civis Krapynensis ad bona Catharinae Imreffy, uxoris Lucae Zekel de Kewend, traducti, cuius civis Simon Keglwych de Bwsyn equam, domum et terras violenter usurpavit, cum primam executionem sententiae 23. V. 1560. Iwan Rade, servitor Simonis Keglwych violenter prohibuerit, denuo praecipit, ut sententiam exequantur et reus insuper propter violentam repulsionem 36 florenos presolvat. Orig. [Juričan]

1328. Agriae, 21. XII. 1560. (D – XXXIV – 81)

Transumpta ternarum litterarum capituli Agriensis de introductionibus Demetrii Olchycowytth, capitanei Gywlensis, in dominium possessionum in comitatu Chanadiensis sitarum, quae post mortem ac ob defectum seminis Ioannis Iaxytth ad Ferdinandum regem devolutae ab ipso dicto Demetrio de rege optime merito donatae sunt, ab eodem rege iussis et a capitulo Agriensi factis:

1. litterarum de 24. IV. 1559. de introductione in dominium possessionum Palotha, Bozzas, Zelmek ac portionis in possessione Nagylak a rege 19. II. 1559. iussa et a capitulo 30. III. 1559. facta;
2. litterarum de 11. I. 1560. de introductione in dominium possessionis Zykzo atque portionum in possessionibus Kyszechyen, Naghzechyen, Zawadat, Kerekegyhaz et Naghffalw a rege 21. XI. 1559. iussa et a capitulo 27. XII. 1559. facta;
3. litterarum de 11. I. 1560. de introductione in dominium portionum in possessione Chelek a rege 9. XII. 1559. iussa et a capitulo 27. XII. 1559. facta. Orig. [Šavor]

1329. Zagrabiae, 31. XII. 1560. (D – XXXV – 60)

Ambrosius litteratus de Gregoryancz, vicebanus ac comitatuus Zagrabiensis ac Crisiensis comes, in congregatione regnicolarum Zagrabiensis in causa inter Georgium Homzky de Hom, ut actorem, atque Petrum Castellanny de Zenthlelek, ut reum, de quodam Petro Kragachych, actoris iobagione, qui se domo sua in possessione rei Podwoczy (comitatus Zagrabiensis) relicta in possessionem actoris Hom contulit, a reo capto et in carcer in castello Bykzad 26 dies iniuste retento mota et prorogata, iuxta continentiam litterarum admonitoriarum, sententionalium ac executionalium sententiam fert, qua reus, qui iam pridem bis vocatus ius adire recusavit et in facto minoris potentiae pecunia multatus est, poena 150 florenorum condemnetur, quae pecunia confiscatis eius bonis persolvenda est. Orig. [Šavor]

1330. [Agriae], 1560. (D – CIIL – 31)

Capitulum Agriense a Ferdinando rege 22. V. 1560. iussum accusationem Christophori Castellanny contra Benedictum Bornemyzza veram esse testatur. Fragm. [nepotpisan]

1331. Sine loco, circa annum 1560. (D – XXXV – 61)

Epistula Hungarice conscripta. Orig. [Juričan]

1332. Sine loco, circa 1560. (D – CXLI – A3)

Comes Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus ad petitionem Christophori de Praschycowcz, qui Ioannem Cheszthy de Zenthlewryncz de violentia a colonis eiusdem Georgio Blasych necnon Ambrosio ac Gregorio Krayachychy, subditis suis tunc in oppido Reka commorantibus, illata accusavit, capitulo Zagrabiensis mandat, ut ... Idem capitulum bano nuntiat se. Orig. mancum [Šavor]

1333. Sine loco, circa 1560. (D – CIIL – 38)

Petrus Erdewdy banus causam condescensam de bonis castelli Zlathar seu Legathowcz inter Stephanum Bradach et Ioannem, filium Georgii Polychanyn ab una ac Dorotheam, viduam Gasparis de Orehowcz ab altera parte, ad Andream de Bathor, iudicem curiae regiae, transfert. [nepotpisan]

1334. 12. I. 1561. vide Warasdini, 12. III. 1561. (D – XXXV – 69)

1335. Zagrabiae, 13. II. 1561. (D – XXXV – 67)

Litterae capituli Zagrabienensis, ad Petrum Erdewdy da Monyorokerek, banum, missae, de introductione Matthei atque Petri Keglwych de Bwsyn in dominium possessionis Gorycza necnon portionum in possessionibus Kozshchyna, Zrednyawez, Konerowcz et Wyzthermanowcz (comitatus Warasdiniensis), item cuiusdam molendini in fluvio Kozthelyna, quae post mortem et ob defectum seminis Michaelis Wogrynich de eadem Gorycza ad regem devolutae iis donatae sunt, a Thoma de Nadasd 10. V. 1560. iussa, cui, cum eam capitulum cum emissario palatinali 2. II. facere voluisset, a Georgio Franchych de Cilia, Vincentio Pwchych et Christophoro Zthrahynchak de Zthrahyn ac tota communitate nobilium de Gorycza, necnon a Simone Keglwych de Bwsyn atque Stephano et Ioanne Drenoczy, qui ob hanc oppositionem in ius banale evocati sunt, contradictum est. Orig. [Šavor]

1336. Warasdini, 19. II. 1561. (D – XXXV – 68)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, capitulo Zagrabienensi praecipit, ut Bernardum Thoroczy de Lwdbregh a Ioanne Uranyassy 4 Turcarum, qui capti eidemque ad custodientum traditi ob negligentem custodiam elapsi sunt, necnon 8 vaccarum aliarumque rerum retentorum accusatum, quae causa coram bano mota est, sed quibusdam suadentibus arbitratorum compositione Warasdini ad finem perducenda neque ob absentem reum perducta est, in ius banale evocet rationem facionoris commissi redditurum. Orig. [Šavor]

1337. Warasdini, 12. III. 1561. (D – XXXV – 69)

Cristoforus Wngnad, comes comitatus Warasdiensis, Francisco de Gregwrowcz et Ioanni de Zabok, edit par litterarum Thomae de Nadasd, palatini et locumtenentis regis in Kerezthwr 12. I. 1561. datarum, quibus Magdalena Patachych, vidua Ioannis Gregwroczy, nunc uxor Petri Bedekowych contra eos, pro se et suis orphanis Petro et Ioanne Gregwroczy novum iudicium de eo, quisnam tutor esse deberet, obtinuit. Orig. [Mayer]

1338. Warasdini, 23. III. 1561. (D – XXXV – 70)

Christophorus Wngnad, comes comitatus Warasdiensis, in causa Magdalene Patachych, viduae Ioannis de Gregorowcz, tunc uxoris Petri Bedekowych de Komor, a qua Ioannes de Zabok et Franciscus Gregorowczy bona Ioannis pro huius orphanis repetiverant et sententiam bani pro se obtinuerant, sed executio cum 4 iam die facta esset, a Magdalena prohibita est, postquam Magdalena novum iudicium consecuta est, sententiam fert, ut ipsa bona primi mariti restituat. Orig. [Mayer]

1339. Warasdini, 23. III. 1561. (D – XXXVIII – 18)

Cristophorus Wngnad, liber dominus in Sonnegg ac comes comitatus Warasdiensis, Benedicto Pethew de Gerse, vicecomiti et iudici nobilium, praecipit, ut Francisco Gregorowczy fenile quoddam ad fluvium Kosthelina situm, quod Wolfgangus Dudych abstulit et post sententiam latam reddere noluit, iterum statuatur et a reo multam triginta seks florenorum exigat. Orig. [Stipišić]

1340. Viennae, 26. III. 1561. (D – XXXV – 71)

Andreas Dudich Sbardellatus, sedis apostolicae protonotarius coram Desiderio Labbe notario publico Michaellem Loyewych Zagrabienensis dioecesis notarium publicum seu tabellionem et iudicem ordinarium creat, qui praescriptum iuramentum praestat. Orig. [Mayer]

1341. Zagrabiae, 27. III. 1561. (D – XXXV – 72)

Ex inquisitione, quam Thomas Mykwlych, iudex, ab Ambrosio litterato de Gregoryancz, vicebano ac comitatum Crisiensis et Zagrabienensis comite, iussus ad petitionem Petri iunioris Castellannffy de Zenthlelek, qui Georgium Homzky de Hom vinee cuiusdam Michaelis Wrowych, iobagionis petitoris, in territorio possessionis Hom sitae vindemiatae et occupatae accusavit, 23. III. 1561. fecit, querelam veram esse constat, quare reum in ius Zagrabiae evocatum esse rationem facinoris commissi redditurum. Orig. [Šavor]

1342. Capronczae, 2. IV. 1561. (D – XXXV – 73)

Franciscus Bochkay nuntiat Vitto ab Halegh Turcas apud Virowiticzam copias parare et excursionem facere velle, nec pro certo se scire, utrum Crisium an Capornczam excurrere velint. Se ab "uhodis" rescivisse Turcas Sigeth obsidere iussos esse, in Bosna et Hercegowina usque ad Pozegham quemque domum unum peditem dare debere. Unum Beghum Albae Regalis, Bassam Budensem et Casson Bassam cum 18 Sangjakhis ad hoc destinatos esse. Oroslan Beghum a Virowitczia iam profectum esse, ut cum Casson Bassa ultra Drawam se coniungat. Rogat, ut speculatorem remuneret. Orig. [Juričan]

1343. Zagrabiae, 5. IV. 1561. vide Zagrabiae, 24. II. 1562. (D – XXXV – 94)

1344. Zagrabiae, 8. V. 1561. (D – XXXV – 74)

Copiae ratae

1. litterarum Ferdinandi regis Viennae 11. V. 1560. datarum, quibus inter alios nobilibus Stephano Haridich, Simoni Czelich et Petro Brebrych possessiones in comitatu Zagrabienensi sitas novae donationis titulo cum iure regio confert et eos introduci iubet;

2. relationis capituli Zagrabienensis 8. V. 1561. de eorum introductione, quae nemine contradicente facta est, datae.

Copia horum documentorum, quae revera unum sunt, sub numero 141 huius voluminis nullo verbo omisso extat. Copia. [Mayer]

1345. Warasdini, 20. VI. 1561. (D – XXXV – 75)

Ioannes de Pwhakowcz, iudex, a Benedicto Pethew de Gerse, vicecomite ac comitatus Warasdiensis iudicium iussus ad petitionem Simonis de Myrkowcz, qui Franciscum Thomadoczy eiusque uxorem Elenam satisfactionis ob vim a Matthia Dolencz, iobagione eorum, Ioanni Pawlekoych, petitoris iobagioni illatam dandae, sed non datae accusavit, inquisitione 15. VI. 1561. facta querelam veram esse repperit, quare reos in ius Warasdini evocavit rationem facinoris commissi reddituros. Orig. [Šavor]

1346. Warasdini, 1. VII. 1561. (D – XXXV – 76)

Cristoforus Wngnad, comes comitatus Warasdiensis, in causa Ioannis de Zabok et Francisci de Gregorowcz contra Magdalenam Pathachych, viduam Ioannis de Gregorowcz, nunc vero uxorem Petri Bedekowych de Komor, post novum iudicium, quo ii tutores orphani Petri Gregoroczy destinati et terrae quondam Ioannis eis adiudicatae sunt, eos in dominium earum introduci iubet, sed Petro iam ultra 12 annum agenti, qui ad tutores ire noluit, cedit, cum nobilem adultae aetatis ligatum tradi non possit. Orig. [Mayer]

1347. Zagrabiae, 7. VIII. 1561. (D – XXXV – 77)

Georgius Hermanych de Gorycza ac Christophorus Ztrahynsthyak necnon Vincentius Pwhak de eadem Gorycza, qui introductioni Matthei et Petri Keglwyh de Bwsyn in dominium

possessionis Gorycza contradixerunt, hanc nunc contradictoriam oppositionem coram capitulo Zagradiensi revocent tali condicione interposita, ut Mattheus ac Petrus pecuniam, qua Christophorus et Vincentius eadem bona possident, iisdem sine queris controversia persolvere, e converso autem hi eadem bona Mattheo ac Petro restituere debeant. Orig. [Šavor]

1348. Eberharth, 7. VIII. 1561. (D – XXXV – 78)

Ferdinandus rex in causa inter Marcum Bosnyak eiusque uxorem Potentiam Dwtych ut actores atque Mattheum ac Petrum Keglewych de Bwsyn ut reos de quodam Leonardo Charthalo, colono, Warasdini habita, ad horum rogatum vicecomiti et comitatus Warasdiniensis iudicibus praecipit, ut eadem de novo suscepta novum iudicium faciant eamque, si hoc rei contenti esse noluerint, in sedem banalem transmittant. Orig. [Šavor]

1349. Posonii, 23. VIII. 1561. (D – XXXV – 79)

Andreas Gall de Gywla possessionem Kwppa et portiones in Bathounya et Bassaragh (comitatus Chanadiensis) sibi a Ferdinando rege collatas Christophoro Kastellanffy de Zenthlelek 500 florenis coram capitulo Posonensi vendit. Orig. [Mayer]

1350. Warasini, 1. IX. 1561. (D – XXXV – 80)

Christophorus Wngnad, liber dominus in Sonnegh ac comitatus Warasdini comes, in causa inter Simonem de Myrkowcz ut actorem atque Franciscum Thomadoczy, qui de vi cuidam Ioanni Pawlekowych, iobagioni actoris, illata et satisfactione eidem in vivo homagio 12 ½ florenorum faciente danda, sed non data accusatus est, quare evocatus ius non adiit, iuxta continentiam litteratum inquisitionalium de 20. VI. 1561. sententiam fert, qua reus poena 25 marcarum ac solutione vivi homagii 12 ½ florenorum facientis multatur simulque vicecomiti dicti comitatus praecipitur, ut omnium rei bonorum reambulatione, et aestimatione facta de iis praescriptam pecuniam facientia titulo pignoris occupet, donec eadem redimantur. Orig. [Šavor]

1351. Warasdini, 1. IX. 1561. (D – XXXV – 81)

Cristoforus Wngnad, comes comitatus Warasdiensis, in causa Simonis de Myrkowcz, qui Franciscum Thomadoczy eiusque uxorem Elenam accusavit, quod eorum iobagio Mathias Dolenez iobagioni exponentis Ioanni Pawlekowych a se mulcato 12 ½ florenis vivi homagii secundum iudicium a Francisco factum persolvere noluit, visis litteris Benedicti Pethew de Gerse, vicecomitis eiusdem comitatus, 20. VI. 1561. de inquisitione facta datis, cum etiam rei evocati in ius non venerint, eos potentiae minori, i. e. 25 marcis aliter 50 florenos et 12 ½ florenis condemnat et vicecomitem eam sententiam exequi iubet. Copia. [Mayer]

1352. Warasdini, 10. IX. 1561. (D – XXXV – 82)

Cristoforus Wngnad, comes comitatus Warasdiensis testatur, et Ioanni de Zabok et Francisco de Gregorowcz de eo edit litteras, hos in dominium bonorum quondam Ioannis Gregoroczy in Gregorowcz iuxta sententiam eiusdem comitis sine solutione dotalicii viduae eius Margarethae Pathachyhch, nunc uxoris Petri Bedekowych, tamquam tutores Petri, filii quondam Ioannis, 12. VIII. 1561. nemine contradicente introductos esse. Orig. [Mayer]

1353. Brachaie, 9. X. 1561. (DV – II – 112)

Ioannes de Anchona a (Michaele Avenida) comite Brachiae ad solvendum monasterio sancti Francisci de Spalato libras 27 parvorum pro livellis decursis pro domo et vinea in portu Stivani sitis et in expensas condemnatur. Latine c. Orig. obscurum perg. [Marušić]

1354. Crisii, 18. X. 1561. (D – XXXV – 83)

Ioannes Kws koczy de Sabnycza – Zenth – Iwan, iudex nobilium comitatus Crisiensis, et Aka-
cius Ilyasewych de Chanyowcz, iuratus nobilis regni, qui ad rogatum Ioannis Gezty de Zen-
thleryncz iuxta articulos de transmigracione colonorum ab Andrea Kowach, iudice civitatis
Kapronczensis, petierunt, ut iobagionem fugitivum Georgium Loncharich seu Pechenez
exponenti rederet, cum id facere recusasset, eum 12. X. 1561. in ius bani vocaverunt; de ea citati-
one vicebanum Ambrosium litteratum de Gregoryancz certiozem faciunt. [Mayer]

1355. Posonii, 8. XII. 1561. (D – XXXV – 84)

Thomas de Nadasd palatinus et locumtenens regis capitulo Chasmensi praecipit, ut Matheo,
Petro Simonique Keglewych de Bwsyn litteras de introductione eorum patris Petri in domini-
um castrorum Kozthel et Krapyna edat, quae eis primo a Luca lectore, nunc vero a canonico
Stephano Zthanoczy denegatae sunt; si hic idem fecerit, eum in ius vocent. Orig. [Mayer]

1356. Posonii, 9. XII. 1561. (D – XXXV – 85)

Ferdinandus rex in causa inter Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, ut
actorem, atque Ladislaum et Benedictum Belay, cives Warasdinienses, Simonis litterati Belay
successores, qui nullae plenariae rationis ab eodem Simone tamquam tricesimatore ac arcis
Zomzedwar praefecto ante obitum eius datae necnon 180 florenorum ab eiusdem uxore Ursu-
la signo anulario a Stephano Bwsanych, castellano castrum Krapyna, acceptorum accusati sunt,
coram Georgio Flaysman, iudice comitatus Warasdiniensis, mota ac Christophoro Wngnad,
comite, porro tractata necnon in regiam curiam revidendi causa transmissa sententiam fert,
qua deliberatio iudiciaria dicti iudici velut legitime facta approbatur simulque praecipitur,
ut actor querelam suam tamquam veram iure iurando coram duobus civibus Warasdini, non in
arce Ormosdi scilicet extra regnum, sauciat. Orig. [Šavor]

1357. Warasdini, 12. I. 1562. (D – XXXV – 86)

Ioannus Prener de Lypowcz suo ac Veronicae, glori suae nomine, ad Benedictum Pethew
da Gerse, comitatus Warasdiniensis vicecomitem ac iudicem, transmittit causam inter Blasi-
um Sadek, iobagionem Stephani Bradach de Ladomercz in possessione Thwrnysche commo-
rantem ut reum, atque fratres Perpychy, Petri Kastellanffy iobagiones in pertinentiis castrum
Osterc, de quodam molendino in fluvio Krapyna in territorio possessionis Lypowecz exstruc-
to, quod reus a Georgio Perpych, avo actorum, ut iidem asserunt, illegitime sub pignoris ti-
tulo accepit, et quo continuos 15 annos usus est, in possessione Lypowecz coram Christopho-
ro Bedekowych de Komor, Gregorio Bosak, Petro Kastellanffy de Zenthlelek aliisque quibus-
dam motam et habitam, in qua reus condemnatus est, ut praescripto molendino expensis eius
ab actoribus prius persolutis iisdem rederet, contra quam sententiam Stephanus Bradach de
Ladomercz in sedem iudiciariam Waradiniensem appellavit. Orig. [Šavor]

1358. Agriae, 20. I. 1562. (D – XXXV – 87)

Capitulum Agriense testatur se, ad iussum Ferdinandi regis 2. VI. 1561. Viennae datum, De-
metrium Olcherawych, capitaneum regium et Bernardum iuniorem de Chyan in dominium
possessionum in comitatu Thorontaliensi habitatum, quas per mortem et defectum seminis
Sigismundi Bochyary et Stephani Zabo ad coronam regiam devolutas rex eis contulit, “ob me-
tum et vicinitatem Turcarum, Christiani nominis infestissimorum hostium, dicioni utputa ac
potestati quorum dicta bona ... subiecta sint, accedere minime ausum esse”, sed 10. XII. 1561.

eos in dominium ceterorum bonorum apud oppidum Gywlense nemine cotradicente introduxisse. Orig. [Mayer]

1359. Zagrabiae, 20. I. 1562. (D – XXXV – 88)

Litterae testimoniales capituli Zagrabiensi de inquisitione et admonitione in causa inter Catharinam Imrehffy de Zaredahel eiusque filium Michaellem Zekel de Kewend ut actores atque Mattheum, Petrum ac Simonem Keglwyeh de Bwsyn, qui curiae eorum in opposito castrorum Krappyna in terra, ut iidem asserunt, a Petro patre eorum, per vim occupata exstructae maximisque fossis et aggeribus vallatae et munitae accusati sunt, a bano Petro Erdewdy de Monyorokrek 7. I. 1562. iussa et a capitulo 18. I. facta, qua rei monentur, ut in posterum a munitione errictae curiae desistant eandemque actoribus restituant, simulcum responso Matthei, qui curiam in propria eorum terra a Petro, patre, post divisinem inter eundem ac Michaellem Imrehffy facta aedificatam esse et a reis contras Turcas munitam esse dixit, confectae. Orig. [Šavor]

1360. Zagrabiae, 20. I. 1562. (D – XXXV – 89)

Petrus Berczkowych, filius Elizabeth viduae Martini Berczkowych de Gaal, nunc vero uxoris Simonis litterati Zlathynych de Gaal ab una et Simon eiusque frater Thomas ab altera parte coram capitulo Zagrabiensi unionem ineunt, qua controversias de quibusdam portionibus componunt. Orig. [Mayer]

1361. Zagrabiae, 20. I. 1562. (D – XXXV – 90)

Capitulum Zagrabiense transumit litteras Nicolai Machessych de Orlya cum fratribus eius de Ottok in Zakwpya 21. VII. 1560. datas, quibus Georgius Mykanych plebanus, senectute confectus et a consanguineis destitutus bona sua ex utraque parte Colapis Simoni litterato de Gazaz Zlathynych 400 florenis vendit, hic autem ei liberam potestatem habitandi in domo sub Dubocz concedit cumque ut partem habere promittit. Orig. [Mayer]

1362. Jadrae, 8. II. 1562. (DV – II – 113)

Benedictus Contarini, comes Jadrae, melioramnetam factam in domo et horto in confinio ecclesiae Sanctae Anastasiae per medicinae doctorem quondam Ioannem Antonium Tisma, olim medicum fisicum Jadrae, uti de bonis Virginiae eius neptis pupillae, Laurentio de Nassi creditori Virginiae de libris 111 parvorum ad publicum incantum pretio librarum 106 paruorum vendit et deliberat. Latine c. Orig. perg. [Marušić]

1363. Zagrabiae, 5. II. 1562. (D – CXCVII – 218)

Petrus Erdewdy banus Simoni Myrkoczy uti reo in causa a Georgio Lynbmchych uti actore mota binas litteras, unas adiudicatorias, alteras vero iudiciales ab actore coram iudicio productas in transumpto edidit:

1. litterarum de Zagrabiae 31. VII. 1559. Simonus et Marius Myrkoczy et Balthasar Spychko de Krysancz introductioni Georgii Lynbunchych in possessionem Prylyzye et portionem possessionariam in possessione Myrkowcz eiusque domum et curiam nobilitarem (comitatus Warasdiniensis) sitas iuxta donationem Thomae de Nadasdi, Hungariae palatini factae contradicunt ea de causa, quod dicta bona post mortem Casparis Skopcyh non ad fiscum regium, sed ad Balthasarem Spychko et iure hereditario in Simonem Myrkoczy devoluta sunt et declarant se litteralia instrumenta intra unius anni spatium producturos esse, postquam declarationem sedes iudiciaria causam ad unum annum distulit;

2. litterarum Zagrabiae 5. II. 1562. Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus declarat reos in dicta causa coram iudicio non comparuisse nec promissa documenta produxisse eosque convictos fore, si se excusare non potuerint. Orig. [Gorski]

1364. Zagrabiae, 5. II. 1562. (D – CXCVII – 219)

Copia documenti sub numero 193 huius voluminis asservati. Vide: Zbornik, vol. 30, reg. 1120. Copia. [Gorski]

1365. Jaurini, 13. II. 1562. (D – XXXV – 91)

Petrus Palfy de Erdöd coram capitulo Jauriensi Ambrosium Beryczy, Ioannem litteratum de Kwzkoczy, Ioannem litteratum Vynyczei aliosque quosdam veros suos ac legitimos in omnibus suis actionibus procuratores dicit. Orig. [Šavor]

1366. Zagrabiae, 18. II. 1562. (D – XXXV – 92)

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek in causa civitatis Kapronziensis contra Mattheum Keglwyeh de Bwsyn, in quem eius fratre Georgio mortuo causa est condescensa, reo edit par litterarum capituli Zagrabiensis 15. IV. 1560. datarum, quibus eundem banum certiore facit se, ad eius iussum Zagrabiae 3. IV. 1560. datum, Ioannem litteratum, iudicem Kapronczae, 10. IV. in ius evocasse, cum prima bani sententia ad rogatum rei prohibita sit. Orig. [Mayer]

1367. Zagrabiae, 18. II. 1562. vide Zagrabiae, 26. II. 1562. (D – XXXV – 95)

1368. Krappinae, 21. II. 1562. (D – XXXV – 93)

Litterae testimoniales a Georgio Mlakar ac Fabiano Gladowycz, iudicibus Krappiniensibus, de quadam dieta a Matthia Chesarcz cuidem Iacobo Prasynzky vendita confectae. Orig. [Šavor]

1369. Zagrabiae, 23. II. 1562. vide Zagrabiae, 11. III. 1562. (D – XXXV – 102)

1370. Zagrabiae, 24. II. 1562. (D – XXXV – 94)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Elizabeth, Ioannis Alapy de Nagh Kemlek uxorem, ut atricem atque Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catherinam Imreffy de Zerdahel, ut in causam attractos, coram bano de castro Krapyna bonisque ad idem castrum necnon castrum Kozthel pertinentibus a reis occupatis atque atrice de eisdem eiecta mota, ad reorum rogatum edit paria:

1. litterarum capituli Zagrabiensis a 5. IV. 1561. de admonitione ad reorum intercessionem ab eodem bano 30. III. 1561. iussa et a capitulo 31. III. facta, qua praefata actrix monetur, ut in praescripta causa coram bano compareat litterasque testimoniales producat novum iudicium receptura;
2. litterarum Petri Erdewdy, bani, de 6. III. 1560. de declaratione coram Gaspare litterato de Chasma, bani emissario, ab eadem actrice data, qua eadem Ambrosium de Beycz, Georgium Skarycza, Ioannem Kwskoczy, Simonem de Myrkowcz aliosque quosdam veros suos ac legitimos in omnibus suis causis procuratores dicit;
3. litterarum eiusdem bani de 5. III. 1560., quibus reos in praemissa causa ius adire vocatos coram bano non comparuisse testatur. Orig. [Šavor]

1371. Zagrabiae, 25. II. 1562. vide Zagrabiae, 27. II. 1562. (D – XXXV – 96)

1372. Zagrabiae, 26. II. 1562. (D – XXXV – 95)

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Mathiae, Petro, Simoni Keglwyeh de Bwsyn, a Catharina Imreffy, uxore Lucae Żekel, accusatis edit par litterarum eiusdem bani Zagrabiae 18. II. 1562. datarum, quae testimonio sunt reos ad praescriptum terminum in ius non venisse, et signaturarum adiectarum. Orig. [Mayer]

1373. Zagrabiae, 27. II. 1562. (D – XXXV – 96)

Banus Petrus Edrewdy de Monyorokerek Lucae Żekel eiusque uxori Catharinae Imreffy, quos Petrus Keglwyeh de Bwsyn de vi accusavit, edit paria:

1. litterarum bani Nicolai comitis de Zrynio iulio mense 1553. datarum, quibus sententiam fert, ut rei iureiurando se purgent;
2. litterarum capituli Zagrabiensis 4. XII. 1553. datarum (vide Zbornik vol. 29., reg. 903), quibus bano nuntiat, reos non iurasse, et
3. litterarum bani Petri Erdewdy de Monyorokerek Zagrabiae 25. II. 1562. datarum, quibus testatur reos ad terminum praescriptum in ius non venisse. Orig. [Mayer]

1374. Zagrabiae, 27. II. 1562. (D – XXXV – 97)

Paria litterarum ad rogatum Ioannis Gezthy de Zenthlewryncz in causa inter ipsum ut reum atque Georgium, Ioannis de Belowarcz filium, in quem patre mortuo praesens causa est condescensa, coram Nicolao comite de Zrynio, bano, mota de quadam restauratione possessionaria mota atque coram Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, porto tractata, ab eadem edita:

1. capitulo Chasmensi inscriptum de restauratione praefati Georgii in positionem Stephani, Thomae de Rokonok filii, in possessione Gozthowychy (comitatus Crisiensis) iuxta continentiam litterarum bani Petri Erdewdy de 2. IV. 1560., quibus deliberatio iudiciaria Nicolai de Zrynio a 18. V. 1555. a Thoma de Belowarcz exequi neglecta sine omni variatione in omnibus punctis comprobatur, ab emissariis bani et capituli Zagrabiensis exequenda;
2. capituli Chasmensis a 13. IV. 1560. de supradicta restauratione exequenda, cui in facie dictae portionis 8. IV. 1560. a Ioanne Gezthy, qui ob hanc oppositionem ius banale adire iussus est rationem violentiae redditurus, restitum est. Orig. [Šavor]

1375. Zagrabiae, 28. II. 1562. (D – CIIL – 39)

Petrus Erdewdy banus in causa Ladislai, Georgii et Michaelis Pezery de Pezerye contra Stephanum, filium Ambrosii Gregoryancz, in favorem actorum sententiam fert, qui in causam attractus in iudicium non venit. [nepotpisan]

1376. Zagrabiae, 2. III. 1562. (D – XXXV – 98)

Thomas de Nadasd, palatinus ac locumtenens, in causa inter Michaelem, Lucae Żekel da Kewend filium e Catherina Imreffy natum, ut actorem atque Matthiam et Simonem Keglwyeh de Bwsyn ut reos de transmigratione duorum colonorum licentiarum aliisque negotiis exinde subsecutis in sede iudiciaria Warasdiniensi mota et habita, comiti necnon iudicibus comitatus Warasdiniensi praecipit, ut debitam executionem sententiae, qua rei condemnati sunt, perficiant. Orig. [Šavor]

1377. Zagrabiae, 2. III. 1562. (D – XXXV – 99)

Mattheus, Petrus ac Simon Keglwyeh de Bwsyn ab una atque Lucas Żekel de Kewend ab altera parte universas et quaslibet causas contra sese in alterutrum ac etiam contra Catherinam

Imreffy de Zerdahel, quae proxime diem supremum obiit, necnon Iacobum Zekel de Kewend motas coram Petro Erdewdy, bano, e 15. II. in alium terminum differunt. Orig. [Šavor]

1378. Zagrabiae, 3. III. 1562. (D – XXXV – 100)

Franciscus Keglueich de Busin Georgium Jazkay legitimum suum plenipotentiarum in negotiis sui conficiendis coram emissariis capituli Zagrabiensis 24. II. in castro Krapinensi dicit. Orig. [Šavor]

1379. Zagrabiae, 5. III. 1562. (D – CIIL – 40)

Petrus Erdewdy banus litteras suas ex anno 1558., in quibus de causa Dorotheae, uxoris Gasparis Orechoczy, contra Christinam, uxorem Georgii Polychanyn, de castello Zlathar mota agitur et litteras suas ex anno 1562. causam eiusdem Dorotheae contra Stephanum, filium Stephani Bradach, de eisdem bonis motam concernentes transumit. Frg. (pars inferior asservata). [nepotpisan]

1380. Zagrabiae, 8. III. 1562. (D – XXXV – 101)

Banus Petrus Erdewdy de Monyorkerek Andreae Theffenpach aliter Hennyng de Zomzedwara eiusque liberis, cuius introductioni in dominium possessionum Zomzedwara, Zthwbycza, Selyn a Ferdinando rege Posonii 23. VI. 1560. iussae et 12., 14., 16. VII. 1560. factae intra legitimum terminum 16 dierum, scilicet 20. VII. Georgius Ratkay et Nicolaus Borothwa de Felsew Zthbycza contradixerunt, edit par litterarum capituli Zagrabiensis 4. VIII. 1560. datarum, quae dictum decretum regis transumptum et relationem de introductione et contradictione continent. Orig. [Šavor]

1381. Zagrabiae, 11. III. 1562. (D – XXXV – 102)

Petrus Erdewdy de Monyorkerek, banus, in causa inter Georgium Lwbwnych ac Ludovicum Glawach aliter Grwbych de Rathkowcz ut actores atque Matthiam, Petrum et Simonem Keglueych de Bwsyn ut reos, ad horum rogatum, edit paria:

1. litterarum capituli Zagrabiensis a 10. VII. 1560. de admonitione ab eodem bano 16. 6. 1560. iussa et a capitulo 5. VII. 1560. facta, qua rei cuiusdem magnae piscinae in decursu rivuli Kozthelyna in territorio possessionis actorum Lowrenchazela in pertinentiis castri Kozthel a Petro, patre eorum, ac Georgio, fratre, erectae necnon cuiusdam terrae in possessione Dwor aliter Nowalkowo Zelo per vim occupatae dictaeque piscinae adiectae accusati admonentur, ut coram bano compareant rationem facionoris commissi reddituri;
2. litterarum eiusdem bani de 23. II. 1562., quibus testatur praefatos reos ius adire vocatos coram bano non comparuisse. Orig. [Šavor]

1382. Zagrabiae, 17. III. 1562. (D – XXXV – 103)

Capitulum Zagrabiese banum Petrum Erdewdy de Monyorkerek certiore facit, ad eius iussum Zagrabiae 7. III. 1562. datum, quo in causa Stephani et Ioannis Drenowachky de Zlobochyna contra Vincentium Pwchak aliter Goryczky, Georgium Hermanyh et Christophorum Zthrahinschyak ad reorum petitum sententia prima abolita novum iudicium praeceperat, actores 12. III. 1562. in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

1383. Zagrabiae, 20. III. 1562. (D – XXXV – 104)

Petrus Erdewdy de Monyorkerek, banus, in causa inter Annam, Stephani, Ioannis Krysanyn de Hrezno filii viduam, nunc vero Ioannis Aytthych de Bwzetha uxorem, ut actricem, atque Gasparem Swbych de Pernye eiusque uxorem Catherinam, qui cuiusdam fenilis Welyka Zenocossa prope allodium castri Hrezno siti iniuste occupati accusati sunt, quam quere-

lam iidem tamquam falsam abiiciunt, committit, ut rei ius iurandum coram capitulo Zagrabiensi dent de eo, ut praescriptum fenile non ad curiam actricis, sed ad castrum Hrezno, consequenterque in ipsos reos semper pertinuisset, ipsi que ergo idem non indebite occupassent, sed tamquam eorum proprium cepissent. Orig. [Šavor]

1384. Zagrabiae, 22. III. 1562. (D – XXXV – 105)

Paria litterarum Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, ad rogatum Matthiae, Petri ac Simonis Keglwyeh de Bwsyn in causa inter ipsos ut reos atque Georgium Keressynczy, praepositum Chasmensem necnon vicarium Zagrabiensem ac plebenum Kapronczensem ut actorem edita, quibus reos iuxta continentiam quarundam litterarum banalium evocatoriarum et capituli Chasmensis superinde relatoriarum rationem cuiusdam sententiae in iisdem litteris contentae reddituros ius banale non adiiisse testatur. Orig. [Šavor]

1385. Zagrabiae, 23. III. 1562. (D – XXXV – 106)

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek in causa Stephani litterati Laczlawyeh de Frakassowcz eiusque uxoris Catherinae Fologewyeh, qui Michaelem Konzky de Konzka reum fecerunt, quod Stephani curiam colonicalem in Petrussowcz occupavit et ipsum Stephanum ferme interemisisset, sententiam fert, qua reus curiam reddere, praeterea in causa de vi se insontem esse 25. V. 1562. iureiurando comprobare debet. Orig. [Mayer]

1386. Jaztrebarzka, 26. III. 1562. (D – CLXI – A4)

Comes Petrus Erdewdy de Moniorokerek banus 15 colonos in Dol, Lywbliana ac Gorycza ad castrum Okych pertinentibus commorantes Sigismundo et Marco Zernegh florenis Hungaricalibus 300 et a florenos 75 certis condicionibus inscribit. Orig. [Šavor]

1387. Zagrabiae, 30. III. 1562. (D – XXXV – 107)

Ambrosius litteratus de Gregoryancz, vicebanus et iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Iohannis Aythyeh de Bwzetha eiusque uxoris Annae Nowakowych, viduae Stephani Krysanyeh, 26. III. 1562. facta apparere Franciscum Spysyeh de Blathnycza novum molendinum in eo fluvio infra vetustum exponentium detrimento huic extruxisse. Orig. [Mayer]

1388. Zagrabiae, 5. IV. 1562. (D – XXXV – 108)

Martha vidua ac Susanna, Mathiae Sampwh de Felsewthoplychycza filia, ut actrices in causa contra Petrum Keglwyeh de Bwsyn, qui ab eodem Matthia Dorotheae, Georgii Thomassychewyeh viduae, sororis suae interemptae necnon bonorum eius ademptorum accusatus est, eiusque filios, in quos Petro mortuo praesens causa est condescensa, coram Nicolao comite de Zrinio mota et prorogata, coram curia regia necnon Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, porro tractata et ad finem executionemque perducta, quibusdam viris, maxime Ambrosio, litterato de Gregoryancz, vicebano, suadentibus, talem cum reis unionem faciunt, qua iidem actricibus pro omnibus actribus potentiariis ac violentiis a patre eorum commissis 400 talleros in maiore moneta Germanica persolvere, e converso autem actrices reis omnia litteraria instrumenta in praescripta causa confecta tradere ipsosque dictis actibus ac praetacta pecunia persoluta absolutos reddere debeant. Orig. [Šavor]

1389. In Nagy Thabor, 6. V. 1562. (D – XXXV – 109)

Litterae Petri Rathkay Hungarice conscriptae ad Petrum Castellany de Zentlelek datae. Orig. [Juričan]

1390. Zagrabiae, 17. V. 1562. (D – XXXV – 110)

Ioannes filius et Dorothea filia Georgii Polychanyn, nunc vero uxor Blasii Aranyassy, Stephanum Bradach eiusque fratrualem Petrum et sororem Margaretham atque Petrum Castellanf-fy expeditos coram capitulo Zagrabieni reddunt, quod castrum Zlatkar, quod post mortem Christinae Pewkry, matris Ioannis et Dorotheae, ad manus Stephani et aliorum liberorum et generorum Elenae Pewkry, simulcum omnibus servitoribus et rebus et rebus in castro Osthercz assevatibus sibi restituerunt. Orig. [Mayer]

1391. Chasmae, 18. V. 1562. (D – XXXV – 111)

Litterae testimoniales capituli Chasmensis in cause inter Georgium Belowarczy, Ioannis filium, in quem praesens causa est condescensa, ut actorem, atque Ioannem Gezthy de Zenthlewryncz ut reum de executione iuxta continentiam litterarum Nicolai comiti de Zrinio ac Petri Erdewdy de Monyorokerek, banorum, sententionalium in portione quondam Stephani, Thomae de Rokonok filii, in possessione Gozthowychy (comitatus Crisiensis) 13. V. 1562. peragenda, sed ab violentam rei oppositionem, qui ob hoc ius banale adire iussus est, non peracta, confectae actorique traditae. Orig. [Šavor]

1392. Zagrabiae, 17. VI. 1562. (D – XXXV – 112)

Christophorus Wngnad, liber dominus in Sonnagh ac comitatus Warasdiniensis iudet, ad intercessionem Matthei ac Petri Keglwych de Bwsyn in causa inter ipsos ut actores atque Simonem similiter Keglwych, fratrem eorum ut reum, de quodam Michaelae Swpanych, iobagione, ut actores asserunt, qui se sessione sua in possessione actorum relicta in possessione dicti Simonis transtulit, et in altera causa de tribus actorum colonis ab eodem Simone per vim abductis mota, in sede iudiciaria Warasdiniensi sententiam fert, qua dictus Swpanych velut liber homo, ut testes a Ioanne de Pwhakowcz, iudice, ac Benedicto de Wynno inquisiti declaraverunt, ab actoribus absolvitur, in altera autem causa, ut querela litteris testimonialibus ab actoribus productis confirmetur. Orig. [Šavor]

1393. Rokonok, 26. VI. 1562. (D – XXXV – 113)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus compatri ac cubiculario suo Gaspario Waywodycz de se bene merito, etiam pro debitis 400 florenis, villam Wadyno, sessionem desertam in villa Swmechecz pro curia nobilitari ac duos colonos certis sub condicionibus confert. Orig. [Mayer]

1394. Zagrabiae, 14. VII. 1562. (D – XXXV – 114)

Maximilianus, rex Bohemiae, Simonem Keglwych de Bwsyn cum 12 equitibus bene ornatis invitat, ut se Bohemiam ad coronandum profecturum inter alios nobiles comitetur. Eum equites bene instruere et ornare, equos bonos et non "paripis" providere et cum equitibus 20. VIII. Tynnaviam prevenire iubet. Expensas se persolvere promittit. Orig. [Juričan]

1395. Zagrabiae, 20. VII. 1562. (D – XXXV – 115)

Herwarh baro Auersperg de clade a se Turcis ad Koranicza, Kostanovicza, Klokocz illata et de eorum fuga ultra Glinam summo capitaneo refert. Germanice conscriptum. Orig. [Mayer]

1396. Selyn, 10. VIII. 1562. (D – CXLI – A5)

Comes Petrus Erdewdy de Monyorkerek banus ad querella Christophori Prasthowczky de Prazthowcz Martino Thomazowych praecipit, ut damnis eidem inferatis ac verbis minarum plenis inponentis desistat. Orig. [Šavor]

1397. Zagrabiae, 23. VIII. 1562. (D – XXXV – 116)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, Marco Myhanowych de Pettrowa Polya, castellano castris Selyn, eiusque heredibus, tres sessiones iobagionales in pertinentiis castris Rokonok (comitatus Crisiensis) sitas, quae post mortem et ob defectum seminiis Michaelis Wzrynnych eiusque filii Georgii ad banum devolutae sunt, coram capitulo Zagrabiensis donat. Orig. [Šavor]

1398. Zagrabiae, 13. IX. 1562. (D – XXXV – 117)

Ex inquisitione, quam Petrus litteratus Nemes de Brezth ad petitionem Petri Bedekowych de Komor a Benedicto Pethew de Gerse, comitatus Warasdiniensis iudice, iussus 8. IX. 1562. fecit, constat curiam Petri ac Ioannis, quondam Ioannis Gregoroczy de Gregorowcz filiorum in possessione Gregorowcz sitam a Francisco Gregorowczy de eadem Gregorowcz et Ioanne de Zabok occupatam resque mobiles simulcum omnibus bonis et iuribus possessionariis dictorum orphanorum necnon supellectiles Magdalenae Patachych, dicti Ioannis Gregoroczy viduae, nunc vero eiusdem petitoris uxoris adeptas eoque plus 300 florenos damni illatos esse, quare reos in ius Warasdini evocatos esse. Orig. [Šavor]

1399. Viennae, 14. IX. – 20. IX. 1562. (D – XXXV – 118)

Testamentum Nicolai Olahi, archiepiscopi Strigonensis, manu propria in eius apud Scotos Viennae domo sita cinscriptum. Idem in formam documenti 20. IX. 1562. redegit. Orig. [Mayer]

1400. Praegae, 16. IX. 1562. (D – XXXV – 119)

Ferdinandus rex Christophoro Ungnad, comiti necnon vicecomiti et nobilibus comitatus Warasdiniensis ad petitionem Lucae Zekel de Kewend imperat, ut fortalicium, quod Matthias, Petrus et Simon Keglwyth de Bwsyn non procul ab oppido Krapyna in loco, ubi nunquam alias fuit, exstruxerunt, in quo etiam raptores retinentur, inquisitione facta et mera veritate rescita demoliant. Orig. [Šavor]

1401. Sine loco, 21. IX. 1562. (D – XXXV – 120)

Eechius, comes a Salmis et Newbwrgh, supermus capitaneus Iauriensis, 200 florenos Hunaricalibus a Ladislao Kerecheny, arcis Gywla capitaneo, mutuos sibi datos, statim, cum requisitus erit, persoluturum esse promittit. Orig. [Šavor]

1402. Okich, 26. X. 1562. (D – XXXV – 121)

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Croatis advenis eorum “vicem et calamitatem, qua per Turcicam tyrannidem propriis laribus pulsus affiguntur,” locum silvosum Zdenchina ad castrum suum Okich pertinentem ad habitandum donat et per primos tres annos omnibus rectigalibus eximit. Copia. [Mayer]

1403. Gywlae, 13. XI. 1562. (D – XXXV – 121)

Litterae Ladislai Kerecheny, comitis et supremi capitanei Gywlensis Hungarica conscriptae ad Petrum Castellany de Zenthlelek datae. Orig. [Juričan]

1404. Zagrabiae, 15. XI. 1562. (D – XXXV – 123)

Litterae testimoniales capituli Zagrabiensis, ad Ferdinandum regem missae, de introductione Nicolai, Christophori ac Georgii Thompa de Horzowa in dominium curiae nobilitaris Horzowa et possessionum Markowczy, Kowachyowcz, Bedachyowcz, Brezowlyan, Patak, Pykwt-

hynhegh, item curiae Hotowa et Temerye aliter Fylypowcz ac possessionum Bogarasowcz, Blache et Matheosowcz (comitatus Crisiensis) ab eodem rege 8. XI. 1562. iussa et a capitulo in facie possessionis Horzowa 22. X. 1563. facta, cui a Cristophoro Praschyoczy de Praschyowcz eiusque filiorum ac filiarum necnon a Mattheo, Ladislao, Ioanne ac Michaelae Kerecheny de Kanyafewlde, qui ob hanc oppositionem ius adire iussi sunt, contradictum est. Orig. [Šavor]

1405. Zagrabiae, 1562. (D – XXXV – 124)

In causa inde orta, quod Barbara filia Gasparis Pernyey, vidua vero Gasparis Kobazych, eiusque fratres et sorores introductioni Ioannis Aythych de Bwzetha, qui contra Turcas constanter pugnavit, in dominium possessionis Zauersye (comitatus Zagradiensis), quam per mortem et defectum seminis Ladislai et Ioannis Sthwthych de Goczka aliter Gernach ad se devolutam Ferdinandus rex litteris Viennae 22. VII. 1560. datis ei donavit, intra legitimum terminum 16 dierum post introductionem 5. VIII. 1560. factam, scilicet 10. VIII. contradixerunt, ut e litteris capituli Zagradiensis ad banum Petrum Erdewdy de Monyorokerek 19. VIII. 1560. datis colligitur, idem banus, cum Ioannes Aythych iterum vocatus in iudicium non venerit, sententia lata capitulo Zagradiensi praecipit, ut dictam possessionem Barabrae restatuet. Orig. [Mayer]

1406. Sine loco, 1562. (D – XXXV – 125)

Litterae Michaelis de Rewa, comitis comitatus Twroczensis, Hungarice conscriptae et ad Barabaram Garazda, viduam Nicolai Lorand datae. Orig. [Juričan]

1407. Sine loco, 1562. (D – XXXV – 126)

Litterae Ioannis Kuskoczy Hungarice conscriptae ad Petrum Kastellanffy de Zenthlelek datae. Orig. [Juričan]

1408. Sine loco, 1562. (D – CXL – 3)

Describitur genealogia Gregorii Mindzenty de Mindzenty et Iohannis Berislauich, patris Annae Berislauich, uxoris praedicti Mindzenty. Copia [Moscatello]

1409. Tragurii, circa 1562. (D – CXC VII – 220)

Jacobus Andreis, testamenti Nicolotae Sobbota executor, fundos quosdam colendos Matthaeo Celio concedit, sed Paulus, novus testamenti executor, fundos liberaturus Hieronymo Andreis colendos cum tributo annuo locat. Italice. Copia [Moscatello]

* * *

Sine loco, 1542. – 1556. (D – CXC VII – 217)¹

Nicolaus a Zrinyo banus ad petitionem Leonardi Itali civis civitatis Montis Grecensis, eiusque uxoris Elizabeth Falsycza vocatae, quorum domum in area capitulari sitam homines capituli Zagradiensis ac Thomae de Thopolya praepositi c. 18. X. expilaverunt, capitulo Chasmensi praecipit, ut capitulum ac memoratum praepositum in ius Zagrabiae fiendum evocet rationem facinoris comissi reddituros. Orig. [Šavor]

¹ Jedini kronološki podatak jest banovanje Nikole Zrinskog te bi sukladno tome registu trebalo dodati u sv. 30 *Zbornika*. Zbog toga je kod ovog regesta izostavljena numeracija.

***Regesta of the Sixteenth-Century Charters from the Archive of the
Croatian Academy of Sciences and Arts.***

Eighth Part: Charters from the Period from 1560 to 1562

Regesta Composed by Antun Mayer and Collaborators,
Prepared for Publishing by Maja Katušić

Summary

In the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts, there is a collection of medieval and Early Modern charters called the *Diplomata*. Work on the inventorying and making of the *regesta* of charters was started by a group of employees and external collaborators headed by Antun Mayer, while Jakov Stipišić and Miljen Šamšalović published the *regesta* of medieval charters (to 1526) of that collection in early volumes of *Zbornik* (vols. 2-5). In order to make the *regesta* of Early Modern charters also available to a wider circle of users, it was decided that those of the sixteenth century should be published too, and in 2007 (vol. 25) the first instalment, containing charters starting from 1527, was published. This is the eighth part; here, the charters covering the period from 1560 to 1562 are published. The authors of the *regesta* published in this part were Antun Mayer, Lujo Šavor, Rudolf Juričan, Oton Gorski, Petar Moscatello, Josip Marušić and Jakov Stipišić.

Key words: the Early Modern Period, Croatian history, historical sources, charters, the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts